

Universitätsbibliothek Paderborn

T. Petroni[i] Arbitri in Dalmatia nuper repertum Fragmentum

Petronius <Arbiter>
Lipsiae, 1666

Lectori Philologo S. P. D.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12903



S. P. D.

OEnam C. Pompel Trimalciomis, è servili genere inter Libertos, à sordibus invem lautames ad SeViratum usg, in Colonia provetti, bominis τουφερε ναι αλαζονω, argumenti Satyrico suo, narrationi ficta, partem fecerat T. Petronius Arbiter, scriptor avo Neronis doctissimus, nitidissimus, lepidissimus q, imitatus (quando & bos nosse interest) Publium Mimorum. Poetam salibus & dicacitate, Coenarum etiam compositione, Plin. l. VIII. c. 5. nobilem. Eamin excusis libris omnibus ba-Etenus mutilam legimus, quippe comperto prorsus planissime, exitum ejus, inter= spersas epulis fabulas potorum ebriorum= que, & ludicra interimexbibita convivis perusse, aliunde expleri desiderantes. Id verò

verò ne faciamus porrò, beneficium est e Typographi Patavini Pauli Frambotti. Hic enim repertum Tragurij apud Dalmatas in Bibliotheca Cippicorum insigne fragmentum, Petronianis editis conne-Etendum, anno superiore ex apographo concesso operis suis & sumtu communicavit: quem secutus in Svecia Vir eruditus, hortatore N. Heinsio, iteravit editionem Upsalia, adject is Notis necessariis, Differtationed super vero ejus auctores comtà satis & curiose instructà; in qua cum πολύν ρεμβασμόν & inclinationem in contraria observare quisq possit, rimari omnia odiosius incivile fuerit; di-Sputare autem contra utrang contradictoriarum tenentem, & boc ipso nibil heurws adferentem futile & supervaca-Interim laudamus si appervious, fe έποχην εσ' επίχεσιν, quam profiteri oportuit liquidius, judicii suitemperamentum esse voluit. Certe aliter decidendas esse causa videtur; nimirum, ut inde exor-

2.2

te

27

6

di

exordiar & finem dicendi post pauca faciam, multo maxima pars ejus fragmenti tti. Petronio recte tribuitur; quod nemo eorum, qui vel levem deliciarum ejus qustumbabent, negaverit; per omnes etiam penè pagin es doceri id posset; idemá curatissime prastitum in Edit. Upsaliensi. Caterum mangonium aliquod, perinde ac in alies prima nota scriptoribus multis, quos glossemata inficeta subinde deformarunt, hic intervenisse & ejus aliquam partem Petroniastri alicujus esse, Arbitrum imitari & exhibere, velut in scena Mercurius Sosiam, aust & apti satis, manifestafides est. Is cum in fragmenta Arbitri prater ea, que dudum colle Et a dederunt Commentatores, incidisset, hiatus in Editionibus conspicuos impleri sic posseratus, ea. utcung connexuit: quod ut fieret sine offensa lectoris, fingere aliqua & infulcire. de suo formandis sententiis integrandis à membris, comminisci etiam, que nunquam facta meminerat, necesse habuit. Et binc

al-

one

ne-

bho

ca-

di-

di-

125,

e

UA

10-

it,

di-

18-

bil

4-

N3

0-

7-

est summa illa inaqualitas sermonis & 1 purissima Latinitati ammixta extrema Barbariei stribligines, non Augustei au- t rei, sed plumbeiillius, quod Viros Obscu. j ros inter Literas reflorescentes illustras r se scimus, seculi, verba deculpata, inepti putidique archaismi, Gracanica litera. tura modica intelligentia, & qua segui eam solet adfectatio odiosa & prava prorsus adplicatio, nonnunguam mimica & ridicularia: Scio, magnis quoque auctoribus incidere aliqua vitiosa; (rem notam de Manilio, de Vitruvio, de Velleio, de Valerio Maximo, fecerunt Censura eruditorum, à vulgo sui temporis desumsisse quadam, que non probarent Ipsi.) sed ea & rara & tanquam conniventibus surrepserunt: simul etiams boc, à serio & emendati sermonis seria ptore Latino non potuisse dici, que bic occurrent totis agminibus infesta & bor. rida Latinis auribus, etiam postquams pungata fuerint; saplutus, p. 8. scordalix, 6.58

r

C

1

E

5 8 liæ, p. 30. bacalusiæ, p. 12. libra rubriema cata, p. 18. excattarissare, p. 39. debatau_ tuere, p. 40. fastidicus studia, p. 20. ad-CUjutasses nobis, p.33. baci ballum, p.32. râf manuciolus, vaccato p. 35. martiolus, epti p. 23. caldicor, p. 17. strabonus, p. 40. scelio, p. 22. apoculanius, p. 33. ego me apoculo, p. 30. barcalæ, p. 39. babævas cali, p. g. inspeciosus, p. 47. staminatæ, cas p. 13. gingilipho exsonare p. 45. tango. que menas facere, p. q. 46, coelus, p. 10. vasus, lorus, p. 28. Fatus malus, p. 14. 42. 50. literæ thesaurum est, p. 19. facere ad stellas, p.32. qvod sursum est deorsum facere, p. 35. barbatoriam facere, p. 46. stertera, p. 48. offla crucis, corvorum cibaria, p. 29. capere sibi cere. bellum, p. 49. per scutum per ocream egraginare, p. 33. ut satisfacerem domino homini malisto & dignitoso, p. 28. qui te hæc docet mustius, non magister, p. 30. quorum plerag, que cura & notitià aliqua dignà adparebant, 112 2003

rac

qui

rem

el.

en-

oris

ent

on-

ms

ria

bic

or.

ma

da-

iæ,

in Scholiis recensui, excussi, restitui, suis g, auctoribus & temporibus, quantum. licuit, reddere conatus sum. Facile autem credidero Petronio, etsi minime omnium. nugaci, censori autem nugarum & vitiorum acriculo, excidere potuisse aliquot insulsos frigidos à jocos, petitos è trivio, nulla eruditione conditos, ineptas recitationes & avisoenvias, de Niobe equa Trojano inclusa à Dædalo, p.23. de origine æris Corinthii sub Annibale, p. 22. Mathematicen Trimalcionis, p. 10. 11. Philosophiam ejus, p. 26. 27. physicen ejusdem de Togons, p.19. narrationes ridiculosas de mensura sui ad candelabrum & unctione labri de lucerna ad barbam celerius producendum, p. 48. de facto ex hominelupo, p. 33. de strigarum maleficiis circa cunas infantiles, p. 34.35. de Homeristarum argumento p. 30.31. de esu ursinæ carnis p. 38. Inducere enim bominem insubidissimum, decumanum Actione Trimalcionem, nequam ser-

ZOS

vos & mulierculas ejusdem farina, à quibus in vino & joco nibil serii, bonesti, comtits docti expectari posset, proposuenat; at Παργμιωδών in brevi scripto magnus adeò numerus, major g multò, quamintoto Satyrico, quantum bodie est, post variorum tot collectas, repertus facere potest, ut Petronio, ne tam in Oratoria leges ipse dicendi magister peccarit, id scriptionis genus adews & simpliciter abjudicemus. Ea verò ipsa qualia, quasò, sunt? Certe nec antiqua nec apud media atatis scriptores Latinos Gracosve lecta, sed plerag, tracta à vulgo subrostranorum & è Jano sive medio sive insimo, Doglina non sanga, infeliciter arguta, Petronii verò urbanitate & genio indignissima: Colonia hæc crescit retroversus ut coda vituli p. 16. cum eam priorestatu & felicitate excidisse & decrevisse dicere wellet; curris, stupes, satagis tanquam mus in matella p. 30, inflat se tanquam rana p. 47, qui fuit rana nunc A 5 ell

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Ju-

ma

em

m 9

tio-

232-

110,

ta-

uo

ri-

22.

II.

2 6-

22-

ım

am

ex

le-

35.

31.

e-

14-

010

105

est rex p. 50. calda potio vestiarius est, & p. 13. homo quinon valet lotium suum, id est, nibili, p. 28. in molli carne nascuntur vermes, p. 26. i. e. divites & delicati facile irascuntur. Qui in pergula natus est ædes non somniatur, p. 47. i.e. bumilis natu alta non sapit vel adfectat: nunc hoc est calidum mejere & frigidum potare, p. 37. in manu illius plumbum aurum fiebat, p. 14. qui asinum non potest, stratum cædit: colubra piscem non parit, p. 17. asinus in tegulis, p.34. in alio pedicellum (festucam) in te ricinum (trabem) non vides, p. 28. strabones qui holera spectant, lardum tollunt, p, 11. cujus originem (significatio enim aperta est de aliud simulantibus, agentibus aliud) si quis quarat, einec ad Gracos nec ad Latinos eundumest, quippe quibus holera coctas cum porcina non fuere inter edulia; sed in Germanorum Italorumg, qua Germania confingles sunt, victuesse meminerit;

nerit, & bisce ided proprium vernaeulumý, proverbium, ignarum Petronio. Eademá plane ratio est Formularum, que creberrima occurrunt, non Tivov ullum. vetustatis erudita referentes, sed exucca exanguesa, & vel adultà aftate frigentes, maleg, accersita: Scitis quid dicam; taceo, qvia non sum de gloriosis, p. 48. cum multa se premere intelligi vellet: Sed, tace lingua: panem dabo, p. 40. Ita satur pane siam, p. 30. Ita me salvum habeatis, p.40. Ita bene moriar, aut populus per exitum meum juret, p. 30. magis, quod bene moriar, fuit, p.32. tanquam hoe loco, falvum fit quod rango, mediam trajecit, p.34. quod à suo corpore plagam avertentis est: ita Genium meu propitium habeam, p. 47. Praterea perpensus cogitandum propono Doctis, quod observare videor in Oeconomia sive dispositu Coena bujus; esse in ea alia quadam, qua Arbiter ne quidem somniane potuit. Post recensita à vetere Petronio ferecons and marketank browners on the 40101

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

eft,

ım,

na-

de-

ula

47.

ad-

285

ius

ısı-

0-

us

fe-

Vi-

e-

01-

li-

uis.

05

20

ed

10

tag.

to

cula, tanquam solutà cœnà, bic aper primæ magnitudinis adponitur, p.12. mox sus ingens tomaculis & botulis fartus p.21.22, tum apophoreta p.27. ad bac vitulus elixus, p.31. & mattex p.36. & secundæ mensæ p.39. Cum autemmattea ultimum cana conficerent, post tertiums मांगिक, एंड व्हार देना मळगण हां कि प्रश्रुधाराय ut ex Athen. l. 14, notum est; indeg Molpis Lacedamonius uativas exponit Indei Tvidas; qui factum ut p. 41. epidipnis è turdis fartis siligine, uvis passis, & nucid bus; è cydoniis confixis spinis, ansere altili, circaq; pisces & omniū avium genera demum adferatur? Non cadit in Petroq nium ea inscitia (nisi si eam simulare dicere lube at, cum omnia bic subfictione agantur) uttres Taggedévers seu missus cujus que coena, & prater hos epidipnida, quod patet è Mart. 1.8. ep. 32. mattyas autem & epidipnida eas dem esse ignoraret; sunt ista ab interpolatore, vel semidocto vel Pinoin Raix nou, qui mensambre viorem & sime plicio-

B

oripliciorem visam è corrasis undig conviviorum catalogis & descriptionibus auge. ri posse credidit & constipavit buc, intervi ject is subinde Petroniana elegantia flosculis (nec enim negandum idest.) prater rationem, quicquid sub manum venisset, etiam maxime dissonum & incongruens Petronio. Mirum autem quod quindecim illa fercula ad faces & buccinas exhibita in nuptiis Trivultianis Mediolani ab H. Barbaro mutuari omiserit; certe buc faciebant. Eandemá, notam meretur, quod de Colliberto Trimalcionis opulento & qui tum octingenta sua possideret, eum de nihilo crevisse; divitem autem factum, quòd incuboni pileum rapuisset & invenisset thesaurum narratur p. 19. Incubonem vocat Acqueova oixidiov, Larem domesticum, quem vulgo coboldum nominant, (Augustinus l. 15. de Civ. D. c. 32. vulgo Silvanos & Faunos adpellari incubos dicit) creduntá curari ab eo domum, instruiculinam, purgaristabula, jumenta and mainted in pafci

20x

tus

fe-

tea

mo

vou

ol-

711-

nis

ci-

al-

ne-

-0-

ce-

m-

sg,

tet

e-

ta

0-

ma

10-

pasci & ornari, & quevis ministeriorum. genera exhiberi domino adium, opesque 9 conciliari; hac superstitio, qua hodieg a tenentur nostrates, antiquis prasertim, d Gentilibus incognita insinuatur istbic veletiam tangitur fabula de Fortunatiil. h lius Utopici pileo & sacculo, pueris ad cu. V nas inter vovvice occentari solita. Utram. de vis admittamus, figmentum esse Petro Po nio multò recentius ultrò dilucescit. Ex lu eo verò, quod bistoriam de fabro vitreo. V rum metalli duritie & ductilium p. 22,23. ni Joh. Saresb. Præsul. Carnot. I. 4. Poly. ca crat. c. 5. è Petronio repetit, non satisfir. tu miter colligitur, boc ipsum Fragmentum sch wisum Carnotensi fuisse: quin verba no. ve stri ex istius essus substrict a contract ag ha non eodem tenore elegantiag, decurrere, sed archaismô barbarismôg inquinata & re. be centioris seculi auctoris q esse cuivis com 90 paranti innotescit. Non sollicitabo sidem II relationis, etsi de ejus veritate dubitet ipse; qu nam & apud Isidorum l. 16. Orig. c. 15. & Pa Petrum Damiani 1. 4. ep. ult. p. 385: dissi

um, mulato tamen nomine PetronI (fortassis, sque quod à quibus dam severa frontis ob nudieg das nequitias & accuratam spurcitiem im damnatum norant) legitur: saltem alio bic exemplari sive Gallicô sive Anglicano, non hoc Traguriano, quod putant & supponent Viri docti, usum esse Saresberiensem tandem dem deprebendo. Nam 1,8, c. 7, eum qui de tro porco Trojano, aliis animalibus gravido, luxus causa parato & illato mensis, doceri velit, coenam Trimalcionis apud Petronium ingredijubet; at ejus generis porcum nea editiones Petroni nea Eragmen. fir. tum bocce usquam vel nominant, vel de-dem Hodunegling. Liquere nunc igitur puto, ose; quod initio dixeram, simul cum Petronio & Petroniastrum datum esse. Hominem adeo

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

tiberalem ut possidere solus noluerit, adel felicem ut repererit, quod secula tredecim q obruerant, digito non possum oftendere, i locum tamen in quo mimum istum compo-t suerit jam subindicavi. Vixerunt ante 1 annos ducentos, quà etate circumscribant à Codicem Traguriensem, in Italia literato. i res illustres plurimi, inter Venetos & Pa tavinos inprimis memorabiles & de La. tina lingua cultu bene meriti, quos à Scar deonio, Jovio, Tomasino petere quisqui intextos etiam Peplo Italia Joh. Maria Toscani inspicere potest. Inturba eorum quidni fuerint, qui Petronl linguam in. telligere & imitari lepores possent? Saltem cogitemus Poggios, Aretinos, Gvarinos, Vallas, Philelfos, Panormitas, Beroaldos, Politianos, Picos, Barbaros, Sabellicos, Pios, Coelios, Pontanos, qui bus nec acumen ingenii, nec varia eruditio defuit, nec liberalium facetiarum gratia, nec Barbarici sermonis, quem modo dedidicerant & vernacularum suavitatum Latinis interficiendarum notitia. Et bono

C

2

(

I

4

adel bono igitur jure injuria reputari possit, ecim quod Frambottus prefatur, ei seculo non adeo sapuisse Rom. sermonis lautinpo. tias, ut PetronI famam assuere voluerint ante lucubrationibus suis eruditi Viri. Sit ita: ant non citent isti PetronI Satyricon: quis ato indesanus colliget, etiam ignorasse? Non citant autem, quia pietatis obtentu publi-Pa ca conspiratione eum infamassent majocar res; quam tamen censuram contemserunt isg Grammatici, Servius, Diomedes, Acro, Priscianus, Isidorus, Fulgentius & si qui riæ alii sunt, D. Hieronymus quog, qui cum Petronio fuisse, ejus testimonio usi, profitentur. Fortasse benigniùs judicavi de fartore istius centonis & prater meritum adeorum, quos laudavi, tempora retuli. Obstat enim conjectura non minus probabilis nec absurda, videri posse, preteriti vel etiam currentis seculi fetum esse, qui cum sub plurium manibus in banc staturam surrexisset editandem boc suo tempore & seculo internocrantia literarum labo-Fant

La.

um

in-

Sal

va-

Be-

Sa.

1211-

di

ra-

odo

ta=

Et

ranti ac novitatis avido debuerit. Et bot p ipsumneg, nos suspicari desinemus, donec de ducentis ab hine amplius annis scripto exemplari sidemplenam nobis secerit in. ventor ejus & institor mercis Dalmatica Statileus: quodnisi fiat, proximi erimus illudi sibi, vanire sub babitu veterum mu. steaguadam, & fuco latebram quari exi. stimantibus. Quod autemmagnifice pra dicant lacunas plerasq; & hiatus quibus laborant vulgati Codices, egregiè per hæc scripta impleri & complanari, intra verbares tota consumta est, nec cujus: quam expectationi satisfactum. Qua e nim p. 2. 4. 6. 7. offeruntur velut supple. menta editorum - ante, ea parerga mera, Superamenta & inutilia TageuBAnuala sunt, corrumpunt g sententiam, non adjuvant aut perficient; idg adparebit manifesto si vel non recipiantur in texif tum, vel recepta eijciantur. Utring, enim gi reliqua concinne cobarebunt. Negaucto. rem Petronium habere potest id quod se lit

71

22

12

m

p.7.

bot p.7. oftentat; qui enim paulo ante dixenec rat, pueros Alexandrinos discubituris ipto aqvam in manus nivatam infudisse, quomodo dicit, quod duo Æthiopes capillati vinum dederint in manus, aquam nemo porrexerit? Nuga sunt ista, mala me. moriæ hominis & inepte risum captantis. Fortassis dicere licuerit, ea que ita inter se pugnant, è duabus endoceoi (sic enim consveverunt Scriptores veteres) in unam, Criticorum qui talia colligebant inadvertentià, convenisse. Frivolum quog, istud p. 25.26. de inscriptione, de disticho Trimalcionis eum elego suo, de epigrammate; Contrà belle consonant omnia, si ista dispungantur. Stupor etiam ibidem notari potest descriptoris, qui gnomen allatam pro disticho & pentametrum pro elego commendat; negadvertit pnow istam, Distichon, &c, in avtographi marim gine jacuisse, ad orationis verò seriem nibil to facere: Idemý alibi guog patratum esse e libere suspicari licet. Et hac igitur acceshone

in.

tica

sil

nua

XI.

ra.

ous

per

tra

US =

2 €.

le

ra

ela

220

bit

X.

sione Petronius nihil adjutus est; in reliquis quibus decursus Cænæ narratur genuma scriptoris veteris & primi à tessellis noviciis & interpolamento ludicro (lusus enim hic inprimis quasitus est ab otiosis & facetis litera. toribus) tam rerum quam verborum facile discernen. De re lubrica & latebrosa ita censemus; que vero pratered dici supererat, in Scholiis, enarraturis tamen tantum obscuriora pauca & intacta Notatoribus, commodius adparebunt LECTORI: a quo unum hoc summopere contendimus, velit discrepantiam à judiciis altorum nostram bene ferre, cam. que uon libidinem dissensiendi, sed studium veri & recti interpretari. Candidis elegantibusq, ingenis hoc quicquid est opera navavi, nec nisi hortatu talium, & in usum talium; tetricorum & trivalium non sapientium uitra quatuor partes, & nihil magis in delicus habentium quam Latine nescire, omnem autim orationem suam barbarismis & solvecismis instruere, ΟΥΔΕΙΣ ΛΟΓΟΣ; ad hac studiorum istas amanitates, sine quarum notitia cultug, solidam eruditionem nullam esse summi guique Viri judicarunt, velut dostrinam vagam, incertam, & supervacuam, sive ignorantia sive malitia ea est, criminantium a contemnentium, contemtui jamdudum me paravi Ser. Lipsia prid. KL. Febr. ao. CID IDC LXVI.

TH. REINESIUS

PETRO

1

C

ゆか

121